



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

rum pro se, non autem contra se, vt habetur per Abb. & Mod. in c. ecclesia sanctę Marie. de confi. vbi Feli. nu. 81. Bar. & doct. in cunctos populos. C. de sum. trini. & fide cathol.

REGVLA XXXVII.

AGNATIS vel cognatis deficientibus, coniuges succedunt inter se, excluso fisco. Hęc regula probatur in l. maritus. C. vnde vir & vxor. circa quem tex. vide Maturinum Montanum in authen. de hared. ab intest. ven. coll. ix. in regula xxx. pag. 61. Ang. de Gab. in tract. de testa. in glo. iij. nu. 19.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita sex modis, vt per Phil. Dec. in d. l. maritus. nu. 3. vsque ad nu. 14. Hanc etiam Regulam cum sex ampliacionibus diuersis ab aliis duabus, ponit Guliel. Bened. in c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 211. vsq; ad nu. 240. vbi etiam ponit quinque limitationes ex limitationibus Decij, licet de eo mentionem non faciat.

REGVLA XXXVIII.

ALLEGANS pro se aliquam legem fori, incumbit onus probandi illam esse vsitatam & obseruatam. Hanc regulam ponit Rodericus Xuarez, vbi eam dupliciter limitat, in proemio fori, fol. 1. pag. 2. in medio, cum fol. seq.

REGVLA XXXIX.

ALIENATIONIS prohibitio facta heredi, intelligitur facta heredi haredis. Hanc regulam ponit Bar. in l. filiusfamilias. in §. diui. ff. de leg. j. nu. 21. per tex. in l. sicut. in §. si debitori. ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. qui licet loquatur in permissione, dicit idem esse in prohibitione: argumento l. pater filio. in §. fundum. ff. de leg. 3. & licet post. maxime Imola, dicant in illo tex. opinionem Bar. probari non posse, communiter tamen approbatur opin. Bar. eo quia hares heredis & testatoris esse censetur. l. fin. & ibi doct. C. de hared. insti. & est tex. clarus in l. haredis appellatione. & ibi gloss. ff. de verb. signi. & istam opinionem Bar. sequitur Alexan. in confi. 177. volum. j. And. Alcia. in d. §. diui. nu. 43. Ias. in j. lect. nu. 110. & in j. lect. nume. 148.

Limita primo, si prohibitio in personam haredis nominatim facta fuerit, puta Titium heredem prohibeo, quia tunc non censetur facta heredi haredis. l. Lucius §. j. & ibi Bart. & doct. ff. de leg. 1. quam opinionem sequitur Alcia. in d. §. diui. nu. 41. & ibi Ias. in j. lect. nu. 112. & in 2. lect. nu. 159. Ioan. Guald. de arte testandi, fol. 8. Cautela 2. nu. 3. Quam limitationem intelligo veram, nisi testator prius nomen appellatiuum quam proprium apposuisset: vt si